

Franz Wolf Christian Theodor Cramer

Collegii Theologici Disputatorii, Disputatio Decima Sexta, De Gratia Dei, Primo Salutis Hominum Peccatorum Principio

Rostochii: Richelius, 1697

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740904035>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 28.April 1697

Wolf, Francisco/e

(3)

I. N. J.

**COLLEGII THEOLOGICI
DISPUTATORII,**

DISPUTATIO DECIMA SEXTA,
DE

**GRATIA DEI,
PRIMO SALUTIS HOMI-
NUM PECCATORUM
PRINCIPIO,**

289

Qvam,

adspirante DEI T. O. M. gratiâ, consensu
Pl. Rev. Facult. Theol.

PRÆSIDE

FRANCISCO WOLFIO,

TH. D. & P. P. Collegii Senatorii Seniore,

Pastore ad D. Mariæ, & R. Min. Rostoch.


Directore,

publico Eruditorum Examini

IN ACROATERIO THEOLOGORUM

subjecturus est

**CHRISTIANUS THEODORUS
CRAMER.** Bilefeld. Westphal.



ROSTOCHII, Typis JACOBI RICHELII, Ampliff. Senat. Typogr,

Anno 1697. d. 28. April,

Q

1697



Um igitur hactenus, auxiliante DEO, disputationibus decem, ea expediemus, quæ ad finem Theologiæ nostræ revelatæ commodè referri possunt; & mox subjecerimus doctrinam de subjecto Operationis Theologiæ nostræ, homine peccatore, criminis læsæ majestatis divinæ reo, ejusque miseriâ, & causis tantæ miseriæ, peccatis, quinque; disputationibus: Ordinis ratio efflagitare videtur, ut nunc, DEO volente & Præside, progrediamur, sicuti disp. r. §. 32. in nos receperamus, ad partem Theologiæ nostræ tertiam, visuri principia & media, quibus DEUS id serio agit, ut homo peccator è tantarum miseriarum abyssu liberatus ad filiationis DEI beneficium, & finem Theologiæ, vitam & felicitatem æternam, perducatur.

§. 2. Ubi tamen probe observandum, media h. l. præcisè non esse causas vitæ æternæ, sed in genere medium vocatur, *quicquid quocumq; modo est propter finem* sive vitam æternam, sive sit ejus simul causa, sive non, sed tantum ita cum fine connexum, ut ejus adeptionem ordine præcedat. Hinc Stegmann. in *Philosoph.* p. m. 734. B. O. inquit, non habent relationem causæ ad salutem, sed relationem ordinis, non per modum causæ efficientis ad effectum, sed per modum antecedentis ad suum consequens; Quomodo etiam quatuor novissima præcedunt salutem in re, sive actualem. Hinc in parte hac tertia agendū (I) de mediis causalibus & principiis salutis. (II.) De mediis non causalibus, salutem tamen præcedentibus.

§. 3. Media causalia distingui possunt in immediatiora sive propinquiora, & mediata seu remotiora. Immediatiora sunt potissimum quatuor, (1) Gratia, Bonitas & Misericordia DEI erga homines peccatores, quâ motus voluit illos salvos fieri; Et hæc est ratio impulsiva interna beatitudinis nostræ, (2) Est Christus mediator, ejusque meritum & satisfactio pro peccatis nostris; Et hæc est causa meritoria & impulsiva externa principalis beatitudinis nostræ. (3) Est fides Christum mediatorem ejusque meritum apprehendens, & virtute meriti Christi DEUM movens, (4) Decretum prædestinationis, ex gratiâ DEI, intuitu meriti Christi fide finali prævisâ apprehendendi, ab æternò formatum; Cui potest immediatè subjici decretum reprobationis, cum contraria juxta se posita eo felicius soleant pervideri. Remotiora quæ non immediate salutem, sed fidem producunt, sunt duo (1) Verbum quatenus est organon, vel medium accendendæ fidei potissi-

potissimum in adultis. Quæ in cordibus fidei productio per verbum, solet vocari conversio hominis peccatoris, (de differentiâ regenerationis & conversionis vid. König. Theol. Posit. part. 3. §. 451. & Qvenst. syst. de regen. §. 9. p. m. 478.) ad quam sequitur hominis ad DEum conversi justificatio per fidem. (2) Sacramenta cum V. tum N. T. quæ sunt efficacia media gratiam conferentia, applicantia & obsignantia.

§. 4. Media non causalia sunt (I) renovatio hominis per fidem justificati & in ea producta B. O., nec non lex B. Operum norma. (II) Ecclesia, cui à DEO verbi prædicatio & Sacramentorum administratio, nec non potestas clavium, id est remittendi & retinendi peccata, est concedita, eum potestate constituendi ministros publicos, qui in conventibus publicis purè doceant verbum, rite administrent Sacramenta, & Clavium usum. Huic verò opponitur Anti-Christus, à quo, & aliis falsis Doctoribus, Ecclesiæ persecutiones, hæreses & schismata sunt illata. In Ecclesia verò tres potissimum florent personarum ordines nempe. (1) Ecclesiasticus, quæ Doctores & Auditores. (2) Politicus, quo Magistratus & subditi. (3) Oeconomicus, quo conjuges, Parentes & liberi, heri & servi &c. comprehenduntur. (III) Novissima etiam piis & sanctis in Ecclesia viventibus prius expectanda, quàm ad fruitionem DEI & salutem actualem perveniant, qualia sunt (α) mors (β) Resurrectio à morte (γ) Judicium extremum, (δ) Consummatio & conflagratio mundi. De his igitur in subsequenibus, si DEus voluerit, ordine agendum fuerit. Hac vice initium fiat de primo salutis nostræ Principio, & ratione impulsivâ internâ, nempe de Gratia, Bonitate, & Misericordia DEI.

§. 5. Cum autem gratiam dicimus esse primum salutis nostræ principium, non intelligimus (1) gratiositatem illam & comitatem, qua quis se hominibus amabilem reddit, quomodo dicitur, JESUM profecisse gratiâ coram DEO, & hominibus Luc. II. 52. conf. Eph. IV. 29. Nec intelligimus (2) donum quoddam ex gratiâ a DEO datum, quomodo Eph. IV. 7. dicitur: unicuique nostrum data est gratia, qua ratione gratia variè solet & potest distingvi. Sic distingvitur in gratiam naturalem & supernaturalem. Ad naturalem pertinet omne DEI beneficium piis & impiis commune. Vid. Genes. XXXIII. 5. Eph. IV. 29. Huc referri posse censet Danhaw. hodof. dona extrâ ordinem data v. g. mannam & aquam, Israelitis è petra datam; pertinet huc ipsa anima & corpus nostrum: Unde canit Ecclesia Es ist ja HERZ / dein Geschenk und Gab / Leib Seel etc. Ad supernaturalem referri potest ipse JESUS CHRISTUS juxta Joh. III. 16. Sic DEUS dilexit mundum ut Filium suum unigenitum daret conf. Isai. IX. 6. nempe

pe tanquàm Donum omnium præstantissimum. Supernaturalem Danhaw. hodo. p. 840. distingvit in œconomicam sive administratricem, & Evangelicam sive gratificam. Illam in Veteri Schola dictam esse ait, gratiam gratis datam. Huc pertinent omnia Charismata ad Ecclesiæ ædificationem dispensata Ephes. IV. 7. 1 pet. IV. 10. 1 Cor. XII. v. g. donum prophetiæ, miraculorum, lingvarum. Gratificam distingvit in activam & passivam. Ad activam ad nos terminatam refert gratiam vocatricem, regeneratricem, justificam, sanctificam sive sanctificantem &c. Passivam distingvit in gratiam, quæ est à nobis & in nobis. Et huc refert *fidem*, & totum *donorum* sanctificantium Choragium. Hanc, quæ est in nobis, alii vocant gratiam inhærentem, & distingvunt in *actualem*, quæ alias nomine auxiliorum gratiæ venire solet, & *habitualem*. Sed (3) intelligimus h. l. per gratiam DEI nihil aliud, quam favorem DEI gratuitum meritis contra distinctum vid. Rom. XI. 6. Tit. III. 7. Rom. IV. 4. Et hinc dici solet invenire gratiam in oculis alicujus.

§. 6. Gratia pro gratuito DEI favore sumpta, unde tanquàm ex vivo fonte omnia dona gratiæ proficiscuntur, interdum etiam dicitur benevolentia, benignitas, amor & misericordia, item *χρηστότης* (bonitas) DEI, prout nempe aliter atque aliter consideratur. Quatenus enim DEUS benignissimus vult serio alteri bonum, dicitur Amor, Caritas vel dilectio. Quatenus vult alteri bene sive bona, dicitur benevolentia; hujus enim est, velle alicui serid quæ ipsi bona sunt. Et quatenus vult alteri quæ ipsi sunt utilia, dicitur *χρηστότης*. Et quatenus DEUS ad intuitum miseriæ alicujus provocatur & movetur ad eam depellendam, dicitur misericordia DEI, cujus viscera Luc. VII. 8. & divitiæ prædicantur Eph. II. 4. Quatenus DEUS propendet ad benefaciendum alteri, dicitur benignitas DEI, quatenus verò illud facit non ex merito alicujus, adeoque non ex debito, sed solâ suâ bonitate motus, dicitur gratia, etenim gratis & absque ullis meritis nostris nos amplexus est, cum adhuc peccatores, in peccatis mortui, & inimici ejus essemus Eph. II. 4. Rom. V. 8, 10. Et affectus ille benevolus animique propensio in nos, nullis operum nostrorum meritis provocata, dicitur gratia. Et hæc ex parte objecti distingvi potest in universalem & specialem. Universalis, hoc sensu, diceretur, quia totum universum complectitur, nulla creaturâ, quâ est creatura, exceptâ, inde dicitur misereri omnium operum suorum Sap. XI. 23. Specialis verò est quia certam creaturarum speciem fovet. Inter omnes verò creaturas speciali ratione homines hac gratia sua dignatus est. Et hæc peculiari vocabulo vocatur *φιλανθρωπία* Tit. III. 4. i. e. amor erga homines. Complexus

plexus est hoc favore DEus homines, non tantum antequam peccarent, si-
ne omni ipsorum merito; sed etiam postquam essent peccatores, & sic prorsus
etiam contraria omnia meritos Joh. III. 16. Eph. XI. 4. 5. Et in hoc cha-
ritatem suam (tanquam in summo gradu & singulari ratione) dicitur com-
mendasse. Rom. V. 8. De gratia DEI erga homines, etiam peccatores,
h. l. potissimum nobis sermo est, cum eam fontem & principium salutis
aeternae hominum constituimus.

§. 7. Quamvis vero haec gratia DEI à parte rei sit ipsa essentia DEI,
sicut & ipsa voluntas DEI, nostro tamen concipiendi modo habet se ad
DEum ejusque voluntatem ut ratio quaedam benevolendi peccatoribus ho-
minibus, & impulsiva, non externa, nec formaliter & realiter eam movens,
(voluntas DEI enim omnis passionis & Physicae impulsivae, ob summam su-
am perfectionem est omnino expers) sed ut ratio impulsivae interna, & cau-
sa virtualiter impulsiva interna, Deum movens, ut nolit mortem peccato-
ris Ezech. XVIII. 32. Ezech. XXXIII. 11. & ut diligat nos etiam cum pecca-
tores & inimici Ejus essemus Eph. II. 4. Rom. V. 8. 10. non quidem quate-
nus eramus & sumus peccatores. (Est enim non volens iniquitatem Ps. V. 5.)
interim ut creaturas suas, corporearum quidem praestantissimas, ob pecca-
tum vero omnium miserrimas, & absque ea si fuissent, in peccatis, instar an-
gelorum lapsorum, & miseriam aeternam perituras.

§. 8. Sicuti autem in Adamo omnes erant creaturae DEI ad imaginem
ejus conditae, & in eodem omnes peccarunt, ita etiam omnium hominum
in aeterna DEI praescientia par omnino erat conditio & miseria: ideoque etiam
ab aeterno omnes homines peccatores ut creaturas suas aequae miseras, pari be-
nevolentiae affectu & aequali misericordia amplexus est, adeoque haec gratia
DEI se inde ab aeterno ad omnes prorsus homines extendit & ita in genere
humano merito universalis est haec gratia, quae DEI voluntatem movet, ut
velit omnibus & singulis hominibus, qui peccatores sunt, nullo prorsus ab-
solute excluso, salutem aeternam. Hinc vult DEus omnes homines salvos
fieri & ad agnitionem veritatis pervenire 1 Tim. II. 4. Unde argumentum:
Illi pro quibus DEus vult orari ut convertantur & serventur, sunt ii, quos
DEus vult converti & servari. Atqui omnes & singuli homines, etiam ii
qui postea damnantur, sunt illi pro quibus DEus vult orari ut convertantur
& serventur. Ergo omnes & singuli etiam illi qui postea damnantur, sunt
illi, quos DEus vult converti & salvari. Deinde 2 Petr. III. 9. expresse di-
citur: DEum non velle aliquos perire, sed velle ut omnes ad poenitentiam
revertantur. Sane, illi propter quos DEus diem extremi judicii differt & pa-
tiens est, ut ne pereant, illos DEus vult salvos fieri. Atqui non electi, sed
potius

potius impoenitentes & peccatores omnes, sunt illi, propter quos, ut sic peccat ullus eorum, DEus id facit Erg. Non electi, sed impoenitentes & peccatores omnes sunt illi &c. Ergo illos DEus vult salvos fieri. Min. probatur (1) de Electis. Hi enim plane perire nequeunt. Ergo propter hos non differt, ne pereant. (2) De impoenitentibus. Hi enim perire possunt, nisi ad poenitentiam revertantur, & experienda teste, erga hos est animo patiente. Rursus DEus per vitam suam testatur, se nolle mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat Ezech. XVIII. 11. Cap. XXXIII. 11. Si autem DEus, vel unicus peccatoris, quantum in ipso est, voluntate antecedente, & ex merito beneplacito suo & absoluto, salutem nollet, vellet omnino mortem alicujus peccatoris, & ista DEI asseveratio indefinita, quod nollet mortem peccatoris, esset falsa, quod horrendum dictu! Denique Joh. III. 16. Ita DEus dilexit mundum id est universis in mundo contentis hominibus (ut patet ex eo, quod mox mundus dividatur in credentes & incredulos) voluit salutem, ut Filium suum unigenitum daret.

§. 9. Et quia in DEO non tantum est gratia & misericordia, sed etiam justitia; movet gratia DEum ad volendam hominibus salutem, non quocumque modo, sed quoad illud salva ejus justitia immutabili fieri poterat. Justitia vero est ratio impulsiva movens DEum ad exigendam pro peccatis satisfactionem: aut ea deficiente, ad vindicandum peccata morte aeterna. Si autem ex mera liberalitate & gratia citra ullam satisfactionem DEus peccata condonare nobis potuisset, credibile non est, DEum Filium suum, & quidem unigenitum, eo fine in carnem missurum, & in mortem acerbissimam & ignominiosissimam traditurum fuisse. Illud autem certissimum, DEum noluisse peccata condonare citra satisfactionem a Jesu Christo praestitam Rom. VIII. 3. 32. Gal. IV. 4. Et hinc non sola gratia DEI universalis absque Christo Mediatore, & ejus propitiatione, sed una cum satisfactione pro peccatis mundi valida & sufficiente laesae justitiae divinae, est ratio volendi hominibus peccatorum remissionem & vitam aeternam. Huic vero cum homines essent impares conf. Ps. XLIX. 8. praestanda, gratia illa porro DEum movit, ut hominibus, quibus volebat remissionem peccatorum, & salutem aeternam, prospiceret de aliena satisfactione. Et ideo commendavit suam charitatem erga nos DEus, ut Christus pro nobis moreretur vid. Rom. V. 8. Joh. III. 16. Gratia igitur DEI voluit (1) peccatoribus hominibus omnibus remissionem peccatorum & vitam aeternam (2) etiam Filium suum unigenitum mediatorem mittere, qui pro nobis satisfaceret laesae justitiae divinae 1 Tim. II. 4. 5. 6. 1 Joh. II. 2. 2 Cor. V. 15. Ebr. II. 9. Et sane uti alias idem, quod movet voluntatem ad alteri volendum aliquem

aliquem finem serio, etiam voluntatem eandem movere solet ad volendum media, sine quibus finis ille obtineri nequit: ita etiam eadem DEI gratia universalis, qua homines est complexus DEus, uti movit DEum ad volendum remissionem peccatorum & salutem, cum quoque movit, ut vellet Christum Mediatorem atque Redemptorem hominibus dare, qui pro peccatoribus omnibus legem impletet & poenas transgressionum vicarias solveret.

§. 10. Porro cum Christus Mediator nostro nomine pro nobis & peccatis totius mundi satis deberet facere, par omnino erat, ut pro nobis praestandam satisfactionem fide apprehenderemus, (cujus intuitu fides manui egeni comparari & causa vel ratio instrumentalis dici solet) apprehensam DEO ad impetrandum ab Ipso, propter eam, remissionem peccatorum, & salutem aeternam, tanquam nostram, loco lytri, exhiberemus, ut DEI voluntas vi & dignitate meriti Christi fide apprehensi moveatur ad condonanda peccata, & dandam vitam aeternam. Et hoc intuitu fides connumeratur causis impulsivis salutis nostrae, non quod ex se & sua propria, sed dignitate & merito objecti, quod apprehendit, & exhibet, moveat DEum, quod objectum ideo dici solet causa meritoria salutis: ipsa vero fides in ordine ad voluntatem DEI, ratio impulsiva minus principalis. Et ita ad completam & adaequatam salutis nostrae causam impulsivam alio tamen atque alio modo concurrunt tria. (1) Gratia DEI universalis (2) Christus Mediator, ejusque meritum & (3) fides Iesu Christi meritum apprehendens & exhibens. Et haec tres causae simul exprimuntur Rom. III. a v. 24. cum dicimur justificari (1) DEI gratia (2) per redemptionem quae est in Christo Iesu, a DEO placamentum proposito (3) per fidem in sanguine ejus & v. 28. fide. & Ephes. II. v. 8. dicimur servari (1) gratia (2) *διὰ τῆς πίστεως* per fidem nempe non qualemcumque, sed quae est in Iesum Christum.

§. 11. Quia igitur sine fide meritum Christi non poterat apprehendi & tanquam nostrum lytri loco, laesae justitiae divinae exhiberi, & sic nemo sine fide remissionem peccatorum & salutem aeternam consequi poterat: Homo peccator vero, per suas vires, sibi relictas, in Christum credere non poterat 1 Cor. XII. 3. utpote ad bonum spirituale emortuus: DEus vero serio volebat hominem saluum fieri: Ideo etiam gratia illa universalis DEum movit, ut etiam vellet fidem omnibus conferre, non quidem immediate & per potentiam absolutam irresistibiliter, sed ordinate & per certa organa ab ipso DEO accendendae & conservandae fidei instituenda, quorum adeo usus externus in hominum potestate & omnibus communis esset. Haec organa sunt Verbum & Sacramenta, quibus vim suam operandi, & efficaciam accendendi fidem in hominum cordibus, pro sua sapientia & voluntate libere alligavit, ut ita homo haberet ubi, & quibus mediis, quaereret & impetraret remissionem peccatorum & salutem vid. 1 Tim. II. 4. 2 Pet. III. 9.

§. 12. Ex quibus satis superque constat, gratiam illam & *Φίλαν Θεωρίας*
DEI

DEI esse fontem & originem primam (1) salutis omnium hominum (2) omnium mediorum & causarum ad salutem illam promovendam requisitam, adeoque non esse otiosam quandam & simplicem salutis nostræ complacentiam, sed efficacem, utpote conjunctam cum voluntate DEI seriâ conferendi ea omnia, quæ ad procurandam omnium salutem per meritum alienum facere poterant, ut adeo nil omiserit eorum; quæ ex parte DEI ad eam obtinendam requirerentur. Hinc ex *Philosophia* hac DEI nostri profluxit (1) voluntas remittendi peccata & conferendi salutem omnibus hominibus (2) voluntas mittendi Christum mediatorem, ut esset propitiatio pro peccatis totius mundi. (3) Voluntas conferendi omnibus fidem, quæ Jesu Christi meritum apprehenderent. (4) Voluntas conferendi media consequendæ fidei omnibus instituta. (5) Voluntas per media illa, si malitiosè non rejiciantur, fidem in omnibus operandi & auxilia gratiæ sufficientia omnibus conferendi, atque adeo voluntas faciendi & conferendi ea omnia, quæ ex parte DEI ad reparandam salutem omnium requiri poterant, ut homines peccatores omnes, satisfactione propria destituti, alienâ Jesu Christi Mediatoris, frui & beari possent.

§. 13. Voluntatis, quæ (1) DEus vult omnium salutem & (2) Christum mittere mediatorem, ratio impulsiva est sola gratia DEI. Voluntatis autem, quæ DEus reliqua illa beneficia vult conferre, ratio impulsiva est & Gratia DEI, & Christus Mediator vid. Eph. I. 3. benedixit nobis omni benedictione spirituali in Christo.

§. 14. Dices: voluntas, quæ vult salutem omnibus, non est efficax; quia finem suum intentum, nempe omnium salutem, non assequitur. Respondetur: Non ideo dicitur efficax quod omnium salutem adsequatur, sed, quia in hunc finem, non per modum simplicis complacentiæ, verum ut obtinendum tendit, ordinando media illa, quibus obtineri potest & debet, omnibus communia & sufficientia.

§. 15. Si quæras: Utrum voluntas illa DEI, quæ vult omnium salutem, sit absoluta nec ne? Respondetur: voluntas dicitur absoluta dupliciter (1) quæ est absoluta & libera ab omni alia ratione impulsiva extra DEum, (2) quæ est absoluta & libera ab omni conditione & ordine. Illa dicitur absoluta in oppositione ad eam, quæ habet causam aliquam impulsivam extra DEum. Hæc dicitur absoluta in oppositione ad conditionatam & ordinatam. Priori modo potest vocari absoluta, stuit enim ex sola Gratia DEI tanquam impulsivâ internâ, externam non habet, aliâ & par Angelorum miseria DEum movisset ad volendam etiam Angelis lapsis salutem. Posteriori vero modo non est absoluta, sed conditionata vel ordinata, non enim vult omnium hominum DEus salutem citra satisfactionem & meritum Christi, & citra fidem meritum Christi apprehendentem: Ita enim dilexit mundum, ut omnis qui credit in Eum non pereat, sed vitam æternam habeat.

§. 16. Si quæras: Utrum voluntas illa DEI universalis, quæ vult omnium salutem, decretum DEI possit vocari? Respondetur: Voluntatem DEI, quæ consideratis omnibus circumstantiis, simpliciter & sine conditione vult salutem conferre, *is, quos finaliter in Christum credituros prævidit*, decretum esse dubio caret. Si jam ad decretum DEI requiratur voluntas, quæ DEus consideratis omnibus circumstantiis aliquid simpliciter & sine conditione (v. g. fidei) vult, voluntas hæc antecedens non erit vocanda decretum. Quod si verò ad decretum sufficiat voluntas, quæ serio vult salutem omnium, quantum est in ipso, & sub conditione fidei in Christum finalis, potest vocari decretum: Et sic posset distingvi decretum, ut voluntas, in Antecedens & Consequens.




aliquem finem ferò, etiam voluntatem eandem movere media, sine quibus finis ille obtineri nequit: ita etiam universalis, quia homines est complexus DEUS, uti movendum remissionem peccatorum & salutem, eum quoque Christum Mediatorem atque Redemptorem hominibus doctoribus omnibus legem impletet & poenas transgressoribus

§. 10. Porro cum Christus Mediator nostris & peccatis totius mundi satis deberet facere, par omnibus præstandam satisfactionem fide apprehenderem fides manui egeni comparari & causa vel ratio instrumens apprehensam DEO ad impetrandum ab Ipso, propter peccatorum, & salutem æternam, tanquam nostram, habemus, ut DEI voluntas vi & dignitate meriti Christi fideatur ad condonanda peccata, & dandam vitam æternam: fides connumeratur causis impulsivis salutis nostræ, non propriâ, sed dignitate & merito objecti, quod apprehendat DEUM, quod objectum ideo dici solet causa meritorum fides in ordine ad voluntatem DEI, ratio impulsiva minus ad completam & adæquatam salutis nostræ causam tamen atque alio modo concurrunt tria. (1) Gratia DEI Christus Mediator, ejusque meritum & (3) fides JESU apprehendens & exhibens. Et hæc tres causæ simul exprimitur v. 24. cum dicimur justificari (1) DEI gratia (2) per redemptionem in Christo JESU, a DEO placamentum propositum (3) per meritum ejus & v. 28. fide. & Ephes. II. v. 8. dicimur servari (1) gratis per fidem nempe non qualemcumque; sed quæ est

§. 11. Quia igitur sine fide meritum Christi non potest quam nostrum lytri loco, læsæ justitiæ divinæ exhiberi, & sic non omnem peccatorum & salutem æternam consequi poterat: sed per suas vires, sibi relictas, in Christum credere non poterat ad bonum spirituale emortuus: DEUS verò serio volebat hoc ideo etiam gratia illa universalis DEUM movit, ut etiam vellet ferre, non quidem immediate & per potentiam absolutam innatam & per certa organa ab ipso DEO accendendam & conservandam adeo usus externus in hominum potestate & omnium hæc organa sunt Verbum & Sacramenta, quibus vim suam efficaciam accendendi fidem in hominum cordibus, pro sua sapientia here alligavit, ut ita homo haberet ubi, & quibus mediis, quod remissionem peccatorum & salutem vid. 1 Tim. II. 4. 2 Pet. III.

§. 12. Ex quibus satis superque constat, gratiam illam



lumi
atia
len-
illet
cca-
ret.
obis
pro
pitu
let)
nem
ere-
vea-
uitu
sua
no-
verò
t ita
alio
(2)
ap-
II. à
e est
gui-
τῆς
um.
tan-
niffi-
erò,
pote
ieri:
con-
ordi-
nda,
ffer.
effi-
e li-
taret
sav
DEI